



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

14. Ob quas caussas mos antiquissimus in funeribus cantandi sit
introductus ?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

734 Cap. LXVI. Cur, quo modo, & à quibus boni bene sunt sepulti? tauerunt in Ecclesiam maiorem, & inde in aliam Ecclesiam, que vocatur Pœnitentia: Multæ etiam virtutes fiunt ad sepulchrum eius, magis, quam in vita sua: homo, qui sanus est factus, ibi seruisset usq; in diem mortis sue. Multi autem obtulerunt thesauros Episcopo Antiochia profide, poscentes reliquias de corpore eius: sed propter iusserendum minimè præstitit. Non ergo homines modò cæremonijs consuetis, verum etiam ipsæ volucres insolitis vocibus funus S. Simeonis celebrauerunt.

XIV.

Sic Angelorum cantum aues, homines autem pij, & Angelorum & aiuum voces in exequijs imitantur. Est enim inter ceteros Ecclesiæ ritus, ut funera hymnis & canticis pijs prosequantur. Cuius rei quatuor sunt causæ. Prima, ut tristi cantu tristitia convenientium ad funus moueatur: quæ tristitia communis, solatum est, vel filijs si parente, vel parentibus si filio, vel coniugibus si vxore, aut marito viduentur. Ut enim onus leuius fertur, quod à pluribus fertur, ita luctus, si in plures dividatur, Rom. 12. 15. mitigatur. Qua de causa jubet nos Apostolus gaudere cum gaudientibus, flere cum flentibus, id ipsum inuicem sentientes. Hinc D. S. Ambros in cap. 8. Lucas. Ambrosius scribit, fuisse morem gentilium, ut ad omne funus lamentatrices & tibicinae adhiberent, qui lachrymas audientibus, cantatis nœnijs, elicerent. Ad hunc modum alludens Ouidius ait:

Ouid. lib. 4.

Fastor.

Lucil. lib. 22.

S. Ambros.

loc cit.

Matth. 9. 23.

S. Greg. Nazianz. orat.

10. in laudem

fratris.

S. Chrysostom.

hom. 70. ad

pop.

Cantabat mœstis tibia funeribus.

Et Lucilius: Mercede que conductæ flent alieno in funere PRÆFICE multo, & capillos scandunt, & clamant magio. Existimat autem D. Ambrosius, hanc consuetudinem ab Ethnicis ad Iudeos permanasse. Certè apud Iudeos fuisse constat ex Matthæo Evangelista, apud quem cum venisset IESVS in domum Principis, & vidisset tibicinae, & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite: non est enim mortua pueræ, sed dormit. Altera causa huius canis est contraria, ut scilicet cantu mœstitia pellatur. Hanc enim indicat S. Gregorius Nazianzenus, qui ait Cæsarium fratrem psalmodijs luctum sedanib; sepultum. Et S. Chrysostomus: Quanæ, inquit, de causa, quæso, presbyteros vocas, & psallentes? Nonne, ut te consolentur, nonne ut defunctum honorent? Vbi & tertia causa panditur defuncti honorandi, & cantu celebrandi. Qua de causa etiam

etiam *Praefixa* olim fuerunt constituta, ut scilicet fortia defunctorum facta laudarent. Quò spectat illud *Comici: Praefixa*, quæ *Plaut.* in alios collaudare se verò non potest. Sed Christianis quarta præcipua Truc, causa est, ut *Deum* vitæ necisque Dominum laudemus, mortuoque placatum reddamus, si quidem ille suffragijs indigeat. Pauci enim sunt, qui non indigent. Hinc etiam pulsu campaniæ ad funerum deductionem conuocamus, teste *Beda*. *Quam-* *Beda* lib. 4. de *vis etiam in viuos redundet ex hoc funerum honore emolumen-* tintinnabu- *tum, dum monentur, ut cogitent, etiam sibi aliquando exequias* *Ius. cap. 23.* *iri celebratum; certè Theodoricum longè alia cogitantem me-* morat *Cæsarius* conuersum, dum in funere à Fratribus cantari *Cæs. libit.* *audiret: Domine, miserere super peccatore. Sacra quædam cantica* *cap. 21.* *in funeribus cani jubent Apostoli, apud Clementem Romanum.* *Clem. Rom.* *Et S. Gregorius Nyssenus ad Olympium indicat, Sacerdotes in* *lib. 6. Constit.* *funere maximè Psalmos concinuisse.* *Immò S. Hieronymus* *Apost. c. 29.* *testatur, à S. Antonio Pauli Eremitæ corpus foras prolatum,* *S. Hieronym.* *in vit. Pauli* *cum hymnorum psalrorumq; cantu, ex traditione Christiana.* *Eremit.* *Quem morem etiam de obitu Paulæ ad Eustochium, & de fu-* *nere Fabiolæ ad Oceanum attingit.* *Clarissimè autem S. Augu-* *S. Augustin.* *stinus de funere matris agens ait: Psalterium Euodius aperuit, &* *lib. 9 confes-* *santare coepit psalmum, cui respondebamus: Misericordiam, & ju-* *sion. cap. 12.* *dicium cantabo tibi Domine. Cur id non facerent homines, cùm* *facianraues? immò cùm id fecisse legantur Cælitæ?* *Quippe in Cæsarius lib.* *cœnobio Hemerode dicto cœcus erat, ex eorum numero unus,* *ii. cap. 7.* *qui Conuersi appellantur; cui Deus interioris hominis lumen contu-* *lit, damnum corporis cœlesti munere commutans dedit enim ei diuinæ* *videre visiones, aliquando gloriam Sanctorum, frequenter pœnas ma-* *lorum, aßiduè ipsum demonem flammuomos ignium globos eruclan-* *tem. Mira sunt hac, & munera Dei. Frequenter autem patitur* *demonum incursus & congressus; ita ut ipsi impingant in eum, & ipse* *vel pugno vel baculo affligat eos. Hos assultus pati solet in quolibet loco,* *magis in Ecclesia, maximè cùm pro defunctu orat. Ea tempestate,* *coepit iste in exequijs defunctorum audire choros Angelorum psallen-* *tum, modò cum monachis, modò diuisim: Cùm autem efferebantur* *corpora præcedente Conventu, manebant Angeli in choro, exequia-* *rum officia complentes. Inter sanctos autem, & Pater noster, inef-*

Zzzz 3 fables

fabiles solebat audire jubilos, & supra humanam estimationem dulcior.
Hec cœlestis modulatio, post depositionem domini David, dulcior &
magis intelligibilis audiebatur. Pertinet hoc ad magnos trium-
phantium applausus, ut habeant non tantum acclamatantes, sed
etiam cantu & musica omnis generis instrumentorum profe-
quentes. Quid ni & Angeli exeat obuiam Sanctis, quorum cor-
pora ad sepulchrum, animæ ad celum gradiuntur? Hoc est enim:
Psal. 87. 5. Et cantent in vijs Domini, quales vique sunt, per quas ad Deum
itur.

C A P V T L X V I I .

*Cur malis multis bonam, & multis bonis malam Deus per-
mittat obuenire sepulturam?*

I.
Cæsarius. hi-
stor. memo-
rab. lib. 10.
sap. 45.

Mirabile quiddam accidit in Saxonia, Anno Redempto-
ris 1222. Nam nubes densa uno casu ex aere delapsa,
intra duos montes, omnia aquis implevit, magnamq[ue]
& hominum, & pecorum stragem edidit; neque sepes tantum,
sed etiam officinas euerit, supellectilemque omnem, quam
arripuit, deuexit. In P.P. Benedictinorum monasterio, quod
Winendenburg vocabatur, ex omnibus, quotquot aderant, ne-
mo mortem evasit, præter quinque Religiosos, qui ad turrim
confugientes se saluârunt. Paria fecit idem torrens in vicina
ciuitate Islere, vel Islene dicta. Putasses sæculum Pyrrhae & Deu-
calionis redijisse. Sed longè luculentiore signo Deus, quam si-
stus Iuppiter, tunc probos ab improbis discriminavit. Si quidem
aquis decrescentibus, & terra reiecta, mirabil modo suffocati
differebant. Quotquot enim in templis, aut ædibus suis inun-
datione deprehensi interierant, reperti sunt colore candidissimo,
instar niuis enitescere: illi autem, qui in theatris, in popinis, in
tabernis cauponum, vel lupanaribus, inter scortorum totius vr-
bis ambubaiarumque ministeria extincti erant, carbonibus ni-
griores apparuerunt. Tali enim charactere Deus bonos distinguebat
a malis. Quem morem etiam veteres tenuerunt. Siquidem

*Mos erat antiquis, mineis atrisq[ue] lapillis,
His damnare reos, illis absoluere culpa.*

Hoc discrimen, si Deus ubiq[ue] obseruaret, facile esset bene mor-
tuos,